Universitätsbibliothek Paderborn

Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri apostatæ super actis Ratisponæ

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Eckivs cum timore tractat diuina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

Visual Library

eſſe ſcitis contra vos hæreticos, vt dũ recolitis Eckij diſpu-
tationẽ, frigidus & currat circũ p̃cordia ſanguis. Scis Luthe
rũ exprobraſſe Carlſtadio Orlamũdi, ꝙ auſus fuit mecũ
diſputare. Grauare niteris famam meã, qa in vtranqꝫ partẽ
diſputẽ. Hoc feci iuuenis in opinioſis materijs exercitij gra-
tia, vt nouit tuus Zellius, cuius frater me plus quinquagin
ta aureis decepit, hui q̃ euangelice. Mane defendi affirmati
uã oĩm ꝓblematũ, pomeridie negatiuã antiquoꝝ & Neo-
tericoꝝ defendẽs ſentẽtias, ꝙ palã vos argui ignorantię in
collogo, qa ſophiſmata lib. art. 5. neſciebatis diluere. Recte
feci, neqꝫ ꝓdeſt cauſæ vr̃æ, ſi aliq infirma argumẽta attule-
rũt. Robertus Holcot, Arimin, & Camerãc ſoluũt argumẽ
ta Anshelmi cõtra inſipientẽ, q dixit in corde ſuo nõ eſt de- Anshel.
us. Hoc tñ nõ ꝓdeſt inſipiẽti. Sic rationes Richardi de S. Vi- Rich. de
ctore ꝓ trinitate ꝑſonaꝝ cõtra phõs & Iudæos ſoluunt per S. Victore
Marſil. & alios. Scotus adfert rationes ꝓ duab. ꝓductioni- Scotus.
bꝰ ad intra, quas reijciũt recẽtiores, nihil tñ ꝓderit hoc Iu-
dæis & phis. Sic cauſæ veſtræ nihil patrocinatur, ſi ego po-
tui infringere rationẽ cõtra vos inductam, & vos nõ pote-
ratis. Hæc eſt vera cauſa, cur exemiſtis articulum quintum
e libro, & alium macriorem ſubſtituiſtis. Non eñ feciſtis
contemplatione mei, ſed quia non poteratis reſpondere.

In hoc quoqꝫ criminaris Eckiũ, qa manifeſtos abuſus ſedis
apoſt. defendat, ſed eſt mera calũnia. Nullos abuſus vnq̃ de-
fendi, ſed honorẽ & dignitatẽ ſed. apoſt. ac Romanæ eccleſię
ſuſpicio & veneror. Scio, quod q non obedit ei, eſt filius Be-
lial, & q nõ habet partẽ cũ ſede apoſt. cũ cathedra Petri, nõ
habet partẽ cum Chr̃o, cuius pontifex eſt vicarius in terris.

His ſatisfactum arbitror omnibus pijs ac honeſtis, quos
precor, beneuolenter hanc meam expurgationem ſuſcipi-
ant, & me liberum exiſtiment à criminibus, quæ Bucer apo
ſtata mendaciter ex inuidia & rancore impoſuit.

SOLI DEO GLORIA.

Ingoldſtadij excudebat Alexander Vveiſſenhorn.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN